

Bleda vrbs hungarie clarissima regum sedes: in litore danubij sita: hungaria enim vltra ⁊ citra danubij latissimas terras occupat: quod citra danubij est: olim pannonia fuit. que ab oriente mesiam ab occidente noricum habuit. septentrione ei danubius. austrum illirici montes excepere: que transdanubij hungaria iacet: pars scythie prius erat: duasq; gentes habuit gepidas qui contermini germanis fuerunt ⁊ dacos. nō qui nunc daci vocant: quorū rex ad oceanū germanicū: inter suetiam ⁊ saxoniam latissimū regio: sed palustri potius. nam hī dani melius appellant: sed qui ea loca tenuerunt: que nunc transilvani occupant vicina malachis in corone specie montibus cincta. In hac parte vngarie que gepidarū fuit adhuc territorij est quod sepulsiū appellat: pro gepudio. Hungaria aut terra ferax: vbi aque riuus habet in quo mersa ferri materia: in cuprū vertit. gleba illic frumeti fructifera. auri ⁊ argenti diuites venerat salubris: terra optimis cōparanda. nisi sua se vbertate corrumpere. Cum vero hui in scythia multiplicati essent: in vnū congregati: constituentes capitaneos: occidentales regiones ingressi: besos ⁊ cumanos albos: inde ruthenos: terrāq; nigroz cumanoz. ⁊ vsq; ad tiscia flumen teysch puenere. Adatrin⁹ longobardus qui pannoniā gubernabat: primo eos repulit. Tandē pacifica possessione pānonice regionis potiti sunt. Anno dñi quadringentesimo primo Athila qui hungarico ideomate ethele dictus est. ⁊ buda fratre eius supruentib⁹. Athilā in regia dignitate extulerunt. Is in ciuitate sycambria sedem elegit. Et ex innata ambitione ceteras regiones molestare instituēs bledā fratrē suū regiminis participem fecit. Et in subiectas nationes principē cōstituit. Interea rex hunoz dūm regnū intra pannonias cū fratre bleda vel bu-

da gereret. macedoniā misā ⁊ achaiā vtrasq; tractas: inanimatissima rabie deuastaret. Inde cū sycambrie temozaret. buda frater ei⁹ terminos sui regiminis transgisse ac regnū in eius absentia optasse accusat⁹ est. Cūq; sycambria in recessu suo vrhem athile vocari cepit. Buda vō illā a suo noīe budawara appellauit. Quāobrem bledā germanū suū regniq; consortē p̄p̄is manibus perit. Ac in danubiū precipitari fecit. Inde nouo edicto vrhem athile vocari iussit. Dūm id nō obseruātes illā budawara vocauerūt. Hungari q; vsq; in hūc diem obuda vocant. Theutoni edictū regis magis formidātes: ciuitatē ob metū etzelpurg id est vrhem athile vocauerunt. In sycambria deinde athila quinq; annis quieuit. Speculatores ad varias regiones ordinās. Post prospera deinde tpa buda primaria hungarie condita: que ex parte montuosa est: si vrbs sitū inspicias. Cuius loci cōditio ea est: vt nec quicq; munitius: nec certe amenius in tota ferme hungaria inueniri possit. In ea nōnulla extant religiosoz monasteria celeberrima. alijsq; publicis pauatisq; edificijs ornatissimis p̄ ceteris in ea regione vrbib⁹ euasit clarissima. Ideo regia dignitate insignita. ⁊ basilicis membris ⁊ arce pulcherri ma: quā arcem preclarā (sicuti ⁊ alias arces in tota hungaria: p̄cipue miscegradū castrū nobile vbi corona regia obseruat exornauit) ita Adathias de coruinis rex hūgarie mīro decore ornauit. Cūctis nūc antiq; monumētis pferendū in qua muri crassissimi: ⁊ aule celeberrime esse referunt. hanc p̄terfluit hister germanicus fluius: qui deinde septē hostijs pontum influit. Septimū tñ pigrū ad palustri specie nō habet: qd anni cōparet. Priora quatuor ita magna sunt: vt p̄ lōgitudinem. xl. miliū passū nō misceant equoz: dulcēq; haustū incorrupto detineant sapore.



C.1.1 Buda látképe kelet felől Hartmann Schedel Világkrónikájában, 1493, fametszet, 24,3×52,5 cm
C.1.1 View of Buda from west in the World Chronicle of Hartmann Schedel, 1493, woodcut, 24,3×52,5 cm